



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomae

Cvm Variis Indicibvs

De Deo Effectore, Creaturarvm Omnivm Tractatvs II. De Opere Sex
Diervm, Ac Tertivs De Anima

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1622

XXI. Quomodo, & medio, sonus immutet auditum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93575](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93575)

notat fol. 83. col. 2. eo quon ordinatur ad significandum. quod si fortasse imponatur, inde participabit officium vocis analogice, vox autem proprie ordinatur, formaturque voluntarie: tulsis autem quedam est inordinata, coactaque aeris emissio. Atque ita patet vocis definitio, & natura.

3 *Discremen-
vnum vocis
a locutione.*

Est tamen ulterius notanda differentia vocis à locutione, quod vox communis sit irrationalibus, loquutio homini propria, 4. de historia, cap. 9. nimirum loquutio super vocem addit articulationem, distinctionemque suis terminis, quibus diuersa syllabæ, & dictiones componi possint: unde per instrumenta vocis hætenus exposita ad loquutionem specialiter concurrunt lingua, & labia vocales namque litteræ, teste Aristotele supra, ipsaque exponentia, gutture, & voce solum profertur: consonantes vero linguae, ac labiorum ministerium possunt: ex his ergo loquutio perficitur

*Discremen-
aliterum.*

unde alia differentia vocis, & loquutionis est, quod ad vocem sit satis, si imaginationem significet, ad loquutionem vero requiritur, vt expressiua sit rationalis conceptus: brutis enim, quæ sensum iucundi, & molesti solum vendicant, satis fuit vox ad eas affectiones explicandas: homini vero necessaria fuit loquutio, vt posset interiores conceptus declarare, 1. Politicorum, c. 2. & scilicet. 11. problematum quæstion. 1. Quapropter loquutiones pistracorum, & similibus, imo & hominum dormientium non vendicant perfectam ratione loquutionis, quamuis materiam sumpserint, sint locutioni similes, vt sunt etiam soni instrumentorum musicæ, cum enim hi nec vocales sint, nec loquutiones, distinctionem tamen quandam habent, melodiamque, seu consonantiam. Ex quibus patet iam prima diuisione initio capitis, nam vox est sonus ille, quem explicauimus, alij vero omnes soni, quibus ea definitio non quadrat, sub membro altero comprehenduntur, retinueruntque nomen generis tanquam imperfectiores.

*Concluditur
1. diuio i-
nito capitis.*

4 *Pro 2. diuio-
sione, quid
nam sit echo
Videatur
Lorin. Sap.
17. vers. 18.*

Circa secundam diuisionem est notandum ex Aristotele supra, echo dici quandam soni reflexionem, quæ fuit etiam sententia Platonis in phædone, vbi echo sonum esse dixit, quia à concavis, & solidis corporibus reflectitur instar amoris, qui in amantem reuertitur, atque in hoc conueniunt vniuersi interpretes: dicitur tamen de modo reflexionis quo pacto fiat: volunt ergo quidam echo fieri parte aeris percussæ perueniente vsq; ad corpus solidum, eademque reflectente instar pile. Ita Auicenna 6. naturalium, hic tamen modus est impossibilis, quia in aere non est vna numero pars, quæ moueatur, ac deferat, referatque sonum, sed alia aliam propellit, satisque proinde est, si pars corpori solido proxima ad illud allidatur, sonumque efficiat. Alij reflexionem hæc fieri dicunt percussio aere, atq; in circuli moto, ita vt pars vna moueat, aliam imprimendo ei similem sonum, sicq; deferri sonum, donec finiatur impulsus, vel obstaculū offendatur, unde reflectantur illæ velut vnde aeris, seruata eadem forma soni, explicantque appposito exemplo circuloꝝ aquæ, cum lapis in puteum iniicitur, expanduntur enim circuli vsque ad circumdantes parietes, unde reuertuntur ad medium ordine retrogrado. Ita Philopon. fol. 60. col. 3. & Auicenna 6. naturalium, part. 2. cap. 6. Albert. tracta. 3. cap. 19. Sanctus Thomas, Commentator, Egidius, & alij apud Aristotelem ad text. 78. & 80. libri 2. de Anima. Quæ sententia vera appareat, dummodo necessarium non requiratur in echo reflecti realem sonum: nam sæpe est satis reflecti species intentionales: vt enim in speculo videt quis faciem per solas species intentionales, reflectentes ad oculos, ita in echo suam quisque audit vocem, quia solæ eius species reflectuntur ad aures: hoc enim sufficere patet, tum ex similitudine

*Opinio 1.
improbat.*

*2. Opinio
verior.*

*Temperatur
hæc opinio.*

adducta: tum etiam, quia sæpe sit echo ad magnā distantiam, ad quam sicut nec realis aeris motus peruenire potest (nec inde reuertitur) ita nec realis deferri sonus. Et hinc intelligitur, cur in echo audiantur vltima verba tantum, quia scilicet re-
flexio sit ordine retrogrado, & quoniam sonus successiuus est facile moritur, atque adeo quando vltima verba perficiuntur, primorum verborum sonus saltem secundum articulationem vocis euauuerat: hæc ergo de causa non sit integra reflexio, & ita patet secunda diuio.

Tertia diuio clarissima est & data, quæ per metaphoram extangibilibus desumpta, vt Philo-
ponus, & Themistius aduertunt, dicitur enim fer-
rum acutum, quod breui tempore alte penetrat, obtusum quod vix longo penetrando quasi ob-
tunditur: sic sonus acutus dicitur, qui breui per-
uadit, grauis vero, qui obtundit auditum. Quarta
etiam diuio nulla præ expositione indiget: so-
lum est notandum, omnem sonum quoad sub-
stantiam, esse qualitatem naturalis ordinis: in cō-
positione tamen, & proportionem sonorum, artem
multum habere locum, quæ differentia accidit so-
no, vt sonus est, verum tamen secundum formam
illam artis ad prædicamentum quantitatis reduci
potest, habereque essentialē differentiam illius
generis. Porro de diuisionibus notandum, videri
omnes accidentales respectu soni, cum accidat illi
hoc vel illo instrumento fieri propter hunc finem,
vel alium.

CAPVT XXI.

Quomodo, & per quod medium sonus
immuet auditum.

In hoc capite agendum iam de sono prout est au-
dibilis, de quo duo sunt explicanda. Primum,
Quo modo sonus, qui in longinqua sit, perueniat
ad auditum. Secundum, quo medio peruenire
possit: atque à secundo incipiendo, vt facilius. In
quouis obiecto exterius sensibili postulat spaci-
um inter ipsum, & potentiam, expeditum cor-
pore quolibet impediēte actionem, unde in præ-
senti aer, qui rarissimus est, expeditissimum habe-
tur medium, idemque censeo de igne: aquam vero
nonnulli inter quos est Albert. Summa de homin.
tract. de auditu, quæst. penult. censent ineptam ef-
se ad hoc munus, nec posse per illam sonum perue-
nire ad auditum: sed oppositum mihi certum est, quæ-
ac sentit Arist. 2. lib. de anim. text. 79. dicens, Audi-
tur quidem sonus in aere, & aqua, & 4. de hist. c. 8. fa-
tur pisces sub aqua audire, quod etiam experien-
tia constat, nam strepitum in littore terrentur, ac
fugiant. Neq; potest id attribui visioni, quia si a-
stantes sileant, non fugiunt: & contra sub turbi-
da etiam aqua, atq; adeo ad videndum inepta, fu-
giunt propter strepitum. Certe Plin. l. 1. c. 7. refert,
fuisse in piscinis Cæsaris pisces adeo perfectum
habentes auditum, vt vocati venirent: nos etiam
sonum sub aquis editum extra illas audimus: ridi-
culum autem est putare in ijs euentis sonum de-
ferri per aerē, cum aquis etiam quiescentibus nulla-
que in eis motione facta, quæ aeri locum præbeat,
species soni per illas diffunduntur: sunt ergo apti
medium. Accedit tandē ratio, tū quia habet aquæ
sufficiētem raritatem, tum quia probauimus esse
subiectum soni: ergo à fortiori medium illius erit.

Sed ob stare videntur huic veritati duo Aristoteli textus. Primus est 76. vbi differentiam po-
nit inter auditum & olfactum, quod medium au-
ditus sit aer, olfactus vero tum aer, tum aqua:
Commentator ibidem, alijque respondent loqui
Aristotelem de medio recipiente obiectum se-
cundum esse reale, quæ expositio nobis probari
non potest, qui ostendimus sonum recipi in aqua
realiter: rursus non consonat litteræ, loquitur si-
quidem

SVARE Z
de Angelis, op
re 6. diuio, et
anima.

TON TON
III

D. V. 2

quidem Aristoteles de immutatione medij, quæ
deseruit sensationi: hæc autem est intentionalis.
Adde quod odor realiter in aqua, aut in aere non
recipitur, sed in exhalatione odorifera, ut infra di-
cemus. Aliter ergo respondet Caiet. ibi cum Sim-
plicio aerem poni a Philosopho medium auditus
tati quam omnium aptissimum. Atque hoc modo
nulla esset differentia, solus enim aer est medium
aptissimum odoratus, maxime respectu animan-
tium, qui respirando olfaciunt, ut textu octavo
dicitur. Præterea medium visus non ponitur aer,
sed perspicuum in communi, licet aer tantum sit
aptissimus inter perspicua. Locus sane difficilis
est, atque cum de mente Aristotelis aliis consistit,
nec commodior occurrit expositio, dicendum, ideo
aerem simpliciter poni medium auditus, quia
simpliciter necessarius est, ac sine quo auditio non
fieret, illo saltem qui intra aures exiit. Vnde sub
aquis tandiu quis audit, quandiu in aures non
irrepit: ad olfaciendum vero, neque aer necessa-
rius omnino est, neque aqua impedit omnino: in-
tercedit ergo differentia aliqua. Adde etiam potest
per aquam difficile sonum percipi, medium autem
dici, per quod fit commodè sensatio, fieri vero
odoratorem per aerem, & aquam satis com-
mode, præsertim ab aquatilibus. Secundo in text.
82. ait Aristoteles sonatium esse motuum aeris,
indicans plane solum aerem capax esse recipi-
endi soni. Respondetur Aristotelem non dicere
aerem esse adequatum soni subiectum, vel me-
dium, sed principale, magisque vsitatum, quia
nullum est commune nomen significans subiectum
adequatum, itaque potest sonus audiri per aerem
ignem, & aquam, & consequenter per alia etiam
corpora mixta, quæ eiusdem raritatis erunt.

Simplicio
quoque, &
Caietani
expositio im-
pugnatur.

Commodior
interpretati-
o.

Alterat-
io.

3
Discurrunt
ancastera
corpora quæ
non densissi-
ma sunt soni
medium.

Inducunt
autem.

rietem peruat. Restabat dubium aliud, an per
vacuum possit sonus immutare auditum, cui si-
mile resoluitur in c. 16. n. 8.

Cognito medio, inuestigare superest quomo-
do per illud sonus perveniat ad auditum, causan-
do ne in medio pleno aliquid, atque in auditu i-
plo, an non? Conveniunt quidem omnes in orga-
no potentie auditivæ produci species soni, sicut
in oculo species coloris: de medio autem non ita,
quidam putant non diffundi sonum per medium
intentionaliter, sed realiter, vique ad intrinsecum
aerem auditus. Ita opinari videtur Albertus sum-
ma de homine, quæ est de auditu, referens Avicen-
nam 6. naturalium, faver Aristoteles secundo de
Anima, text. 81. dum ait sonatium esse, quod fa-
cit audire, eo quod moveat continue aerem vsq[ue]
ad auditum, & textu 82. addit tunc internum ae-
rem moveri atque agitari, quo non obscure indi-
cat realem transmutationem. Alij volunt realem
sonum per aerem diffundi, non vero per aquam,
eo quod inepta sit ad illum recipiendum, & nihi-
lominus posse auditum immutari per illam vtiq[ue]
intentionaliter. Alij autem sonum per aerem tan-
tum intentionaliter diffundi, quia credunt solum
esse subiective in corpore sonante, quod tamen
iam supra exclusum est.

Vnde dico primo, sonum multiplicari posse et-
iam intentionaliter per aerem, & aquam: proba-
tur experientia. Primo, nam contingit adeo longe
rem sonantem audiri, ut incredibile sit realem so-
num ad aures vique pervenire, cum non nisi vio-
lenti, & sensibili aeris motione excitetur, quam
tamen nullam in similibus eventis percipimus:
sola ergo tunc fit intentionalis diffusio specierum,
saltem propius aures. Secundo si sonus realiter
pervenit vique ad aures, vel idem numero perve-
nit, qui prima aeris percussione fuit genitus, vel
ille, qui per successivam partium aeris agitatio-
nem generatur prope auditum. Primum impossi-
bile videtur: cum idem sonus audiat in locis di-
stantibus, non posset autem una numero pars ae-
ris ad tot loca, tamque abiuncta deferri. Alterum
quoque falsum est, nam si ille tantum sonus qui in
aere fit iuxta aures imprimeret speciem in audi-
tum, profecto sonus ille audiretur: consequens
vero est contra experientiam, omnes quippe eun-
dem sonum, eundemque vbi sit locum percipiunt.
Tertio sonus est per se primo, & proprie sensibilis:
igitur ex se immutat auditum, etiam si longe di-
stet dummodo obstacula non interiaceant, ut pa-
tet etiam in coloribus: ergo potest sonus species
suas per aerem multiplicare. Neque vero hoc ne-
gasset Aristoteles: nam quod ait sonatium mo-
vere aerem vique ad auditum, non conficit de ra-
tione illius esse, quod illuc realiter pertingat, sed
tantum esse oportere immutatium auditus mo-
do aliquo.

4
Pro prior
tituli parte
varia opi-
niones de
medio soni.

5
2. assertio
probatur
primo.

Secundo.

Tertio.

Satisfit Ar-
istotelem
n. præced.

6
2. assertio. 2.

Sed nunc exponendum superest quando inci-
piat sonus sui species multiplicare per aerem: dico
ergo secundo sonum, simulac esse incipit, multi-
plicare species intentionales per medium. Est con-
tra non paucos asserentes, dum sonus realiter per
medium producit (producit autem vbi cunctis
realis medij motio impetiose causatur) non dif-
fundi intentionales illius species, sed harum dif-
fusionem inde inchoari, vbi definit realis diffusio.
Ita opinantur Albertus secundo de Anima, tra-
ctatu 3. cap. 18. & 19. Venetus textu 78. Thienens.
text. 79. & 82. Egidius textu 64. indicantque Cai-
etanus Sanctus Thomas, & Alexandrin. Nostram
vero conclusionem docuit S. Thom. 1. p. quæstion.
77. art. 1. & quæst. 78. a. 3. in 2. dist. 24. artic. 2. quæ-
stion. 2. Suadentque argumenta facta pro priori
assertione. Audimus enim sonum in parte, quia
incipit, v.g. in cymbalo, aut ore animalis: ergo
sonus

sonus imprimis species suas in auribus, sonus enim causatus in ultima parte aeris, potuit quidem sui speciem producere, non tamen alterius, cum ostensum sit cap. 2. speciem representativam obiecti totius, & singularum partium esse distinctas; saltem partialiter, & in presenti ostenditur, tum quia ipse sonus distinctus est: ergo & species. Tum quia sonus à principio est obiectum per se sensibile: ergo à principio multiplicat species, cum sit agens naturale: patetque à simili in colore. Confirmatur. Nam primus sonus alijs etiam non multiplicatis audibilis esset, aliorum vero multiplicatio est illi per accidens: est ergo per se diffusivus specierum: ergo à principio eas diffundit.

7 Sed contra hanc doctrinam obijciunt primo: sonus est qualitas successiva: ergo species non producit. Patet consequentia, quia vel produceret per sui partes præteritas, vel per futuras, quorum neutrum stare potest, cum neutra partes existant, vel produceret per continuativam indivisibilem, & hoc etiam falsum videtur, quia iam illa tantum partes audirentur. Quidam concedunt produci species per indivisibilia illa, audiri que sonum secundum illorum aliquod tantummodo, sed hoc contra experientiam est, percipimus enim integram vocem, quæ successivè fit, & sonum continuè durantem: ergo totius integri soni producitur species. Dicendum ergo, totum sonum producere species tum per partes diuiduas, tum per indivisibiles suo modo. Itaque sicut sonus successivè fit, ita intelligendum successivè immutare potentiam: & hac ratione nihil ob stare quominus res successiva agat per partes suas: nam sicut habent verum esse reale, sed in tempore: ita & in tempore, sui producunt species.

8 Secundo contra secundam conclusionem opponitur. Si sonus multiplicaret species intentionales à principio, in instanti audiretur, cum ea multiplicatio absque resistantia contrarij fiat, ac patet in visibilibus speciebus. Nonnulli, ut videre est apud Venerum 2. de anima, text. 83. hunc obiecti cedunt: attamen videntur contra experientiam sentire: auditur enim sonus transacto tempore non minimo, ut quando in sylva ligna caduntur, longe prius audit sonum qui cecidit, quam qui latè distat: fulgur etiam multo ante ferit oculos, quam tonitruum audiat, cum tamen tonitruum prius erumpat: cuius rei ratio nulla est alia, quam quia species audibiles multiplicantur successivè.

9 Quare pro responsione notandum, cum sonus incipiat per ultimum non esse, illius actionem, quæ simul cum illo naturali necessitate incipit, eodem modo incipere debere: alioquin si per primum sui esse inchoaretur, vel ante, vel post sonum inciperet. Secundo est observandum magnitudinem rei sensibilis plurimum conducere ad multiplicandas longius species, sicut etiam in alijs agentibus multitudo formæ eorum sphaeram actiuitatis auget: atque experientia etiam constat, maius luminosum ex loco remotiore immutare visum efficacius, quam minus. Tercio est notandum distinguere oportere in sono quantitatem (ut ita dicam) ex parte ipsius ab ea, quæ provenit ex parte subiecti, non enim sunt eadem, sic sonus, qui fit in una, & eadem parte aeris, potest esse maior, vel minor per modum intensiōis, pro ratione maioris, vel minoris ictus, vel causæ alterius, & hanc voco quantitatem ex parte soni. Est etiam sonus maior per modum extensiōis, quo per partes plures aeris diffunditur, & utraque magnitudo conducit ad sphaeram actiuitatis augendam, ut ex dictis liquet.

10 Dico ergo, considerari posse certam sphaeram, Veræ responsio, intra quam sonus intensiæ solum magnitudinis

multiplicet species, etiam si sit minimæ extensiōis: intra talem ergo sphaeram totam, quæ curta est, multiplicat sonus simulac incipit sui species, postque simul ab eo audiri, qui intra sphaeram illam existeret. Accerte docere videtur experientia, intra parvam distantiam, simulac oculus videt contactum corporum sonantium, percipi ab auribus sonum, siquæ intra eandem sphaeram tam cito audiri sonum distantem, quam propinquum: at vero in spatio amplo species soni non poterunt propagari longius, donec sonus ipse plurimum etiam multiplicetur extensiōis: & quia talis multiplicatio successivè fit, species quoque ad tantam distantiam non nisi transacto aliquo tempore perveniunt, atque ita saluæ sunt dictæ experientia, intelligiturque Aristoteles de sensu, & sensibili, capit. 7. ubi ait sonum prius immutare medium, quam auditum.

Ex hac vero solutione insurgunt difficultates duæ. Prima est sequens ex dictis actionem audiendi posse incipere per ultimum non esse, atque adeo successivè fieri, quod videtur contra rationem actionis cognoscitivæ, & immanentis. Secunda est, dictam solutionem habere locum non posse: nam cum sonus successivus sit, dum pars posterior fit, præcedens iam non existit: nunquam ergo cresceret sonus extensiōis. Et confirmatur. Nam si prior pars soni non prius auditur, plane transacto tempore aliquo audiri non poterit, quia cum successiva sit, minime perseverat.

Ad primam difficultatem concedo sequelam, nam actus proportionantur obiectis, & præsertim in externis sensibus, qui ab obiectis suis maxime dependent. Itaque sicut obiectum auditus successivè fit, successivè etiam cognoscitur, ac cum ipso successivè multiplicato, continue multiplicatur species. Ad secundam respondetur sonum non esse qualitatem adeo successivam, quin in eadem parte durare possit aliquo tempore, sed successivam dici, quia successivè fit, & durat solum, quo tempore durat successiva factio illius, nam si consideremus sonum secundum magnitudinem intensiōis, in eadem parte successivè acquirit totam perfectionem, non tamen ibi permanet, sed statim incipit corrumpi, brevique tempore ex toto deficit: attamen quo tempore durat multiplicari potest extensiōis, ac fieri sufficiens ad multiplicandas longius species. Ad confirmationem quidam dicunt, species soni conservari aliquantulum post desitionem soni, sed hoc impossibile est, quoniam species illæ pendunt in conservari a sono, & si aliquanto tempore manerent, sono iam corrupto, semper possent conservari, quod est contra experientiam: dicendum est ergo, species soni tantum diu durare, quantum sonus ipse, atque intra id tempus quo durat, augeri posse, & non ultra: simile quippiam resolvimus superius c. 12. n. 3.

CAPVT XXII.

Quodnam sit organum, & quæ potentia audiendi.

DE actione audiendi nihil dicendum occurrit præter ea, quæ in communi dicta sunt: superest ergo agendum de ipsius organo, de quo plerique Philosophorum conveniunt debere esse aliquod æreum, cum subiectum soni aptius sit ære, organumque debeat esse quantum fieri potest obiecto potentia accommodatum: atque ita post Aristotelem de sensu, & sensibili, capit. 2. & omnes pro afferunt Philosophi, & Medici senserunt, quod tamen non ita intelligendum, ut organum auditus sit purus ær: organum quippe sensus pars est animantis, cum nutrirī debeat, ac sentire: puro autem elemento

SVARE Z
de Angelis, op
re 6. d. 1. m. et
anima.

TOM TOM
II III
I. post 1 par

D. V. 2.